



PROOEMIUM.



Omnium, omni tempore, mortalibus a summo Numine benigne collatorum beneficiorum, nil suauius, nil iucundius, nil vtilius mente concipi potest, quam veneranda religio. Quid enim est, quod maiorem animi voluptatem afferat iis, quibus salus animae curae cordique est, quam coniunctio et vinculum cum Deo, omnium honorum fonte, quod iis etiam fortuna aduersa, rebus saepe desperatis Numen propitium, eiusque auxilium pollicetur fortissimum? Ad quam vero felicitatem, via nobis per religionem reuelatam quam certissime panditur, quae vnica ostendit medium verum et adaequatum omnibus, qui Deo se vouere volunt, homines rebelles

A

les